



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

vers 16. 17.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

uerſum nos habere fratrem, munus ante altare reliquere, & pergere ac reconciliari fratri, deinde venire & munus offerre. Quod si accipiat, ut literam fortassis aliquis credat ita fieri oportere, si praesens frater sit. Non enim diutius differri potest, cum munus tuum relinquere ante altare iubeatur. Si ergo de absentia, & quod fieri potest, etiam trans mare constituto aliquid tale veniat in mentem, absurdum est credere ante altare munus relinquendum, quod post terram & maria pererrata offeras Deo. Et ideo prius intro ad spiritualia refugere cogimur, ut hoc quod dictum est sine absurditate possit intelligi.

VERSUS 26. 27.

Esse consentiens aduersario tuo cito, dum es in via cum eo; ne forte tradat te aduersarius iudici, & index tradat te ministro, & in carcerem mittaris. Amen dico tibi, non exis inde, donec reddas nouissimum quadrantem.

QUESTIO I.

Quis aduersarius sit?

§. 1. Hieronymus, deinde Maldonatus, & Bellarminus varias interpretationes referunt. Orig. hom. 35. in Luc. Itemque Ambr. Euthym. & Theophyl. in 12. Luc. Hier. Ep. 8. diabolum esse interpretantur, quod miror sensisse Gracos cum sit εὐαγγέλιον benedictus, nunquam autem cum demone amicitia in eunda sit. Veras tamen interpretatio fuit, etiam apud Tert. l. de anima. Eodem modo refelluntur, qui carnem, ut Athanas. q. 62. & Iuuenius, aut peccatum intelligunt.

An aduersarium esse Dei legem, cui consentire necesse sit. Ita Aug. hom. 1. de verbis Dom. in monte, hom. 31. libro 50. homil. Eam quoque habent Hier. Bonavent. Bern. serm. 85. in Cantica.

Mihi verissima videtur, quae est Amb. l. 7. in Lucam & Hilarij can. 4. Aduersarium esse, quem laemus, qui nobis litem intendit, quo cum pacem inire iubemur, dum in via huius vitae ambulantes ad iudicem tendimus. Paulo aliter auctor reg. breuiorum interrog. 222. *Quis est aduersarius vniuersi, qui nostrum quomodoque cum eo consentientes erimus. Responso. Precise hoc in loco Dominus aduersarium illum appellat, qui aliquid nobis conatur adimere eorum, quae ad ius nostrum pertinent. Porro illi consentientes sumus, si praeceptum Domini illud seruamus. Qui vult tecum iudicio contendere & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium, & in omni huiusmodi re ad eundem modum.*

Qui bonum Angelum interpretantur non longe ab hac sententia abeunt; ille enim eum quem commissum habet, ab iniuria vindicat. Causa cur hanc veram putem est contextus & verba. Contextus, quia quemadmodum eum qui deteriori causam habet, praestat pacisci, & componere litem, ante iudicis sententiam, ita quoque qui fratrem laesit, eumque accusatorem sibi apposit, siue vere vindictam poscat, siue factum ipsum, & iniuria clamat vltionem, dum vivit, satisfacere debet, siue grandis sit, siue parua iniuria, imo omnino abunde & largiter satisfacere; ne ad extremum quadrantem cogatur.

Verba idem indicant; nam vocatur *ἀντίδικος*, quod proprie de eo dicitur qui nobiscum litigat. Syrus vocat *בִּיחַל דִּינָח*, Bihel Dinach Dominum litem tuam, seu, habentem litem tuam. Cui Gracis nos vult esse εὐαγγέλιον

Adami Conzen in Euang. Tom. I.

res beneuolos, Syrus ait, sis *מַתְחָה*, Mathaeus desiderabilis cum aduersario. Iubemur autem proximum diligere, iniurijs satisfacere, alia exemplaria habent *εὐαγγέλιον*, consentiens.

QUESTIO II.

Quid sit vltimus quadrans, & ubi solvatur?

§. 1. Quadrantem Gracis vocat *κοδωντὴν*, nomine latino in Graium vsu translatum. Lucas minutum vocat. Quarta pars assis est, teruncius, vel triuncius dictus, ita Beda, Franciscus Lucas alij. Syrus interpres octauam vocat, *סְחֶמֶנִּיָּה*, Schemonia. Ge-chma, obolus hae est computatio, Drachma est obolorum *לש*, Chal. 4. obolus 4. quadrantum, *πενταμοεῖον*. Quadrans cuius continet duos Chalcos, Chalcus duos minuta. Itaque quadrans octo minuta habet. At Syrus obolum diuidunt in octo minuta, & octauam partem vocant assis, quae minima est, & indiuisibilis; nam dimidiam hordeacei grani partem pondere adaequat. Hoc ergo indicat ad minimum teruncium omnia persoluenda, nihil remittendum.

§. 2. Duplex vero de solutione est interpretatio. Quidam enim de illis qui apud inferos aeternas pendunt poenas accipiunt, qui non sunt exituri donec soluant extremum quadrantem, quem quia nunquam soluent, nunquam egredientur. Qua quidem sententia est Augustinus, & nonnulli recentiores.

Plerique tamen de minutis peccatis, quae in purgatorio expiantur, explicuere. Eorum expositionem Bellarm. amplectitur l. de purgatorio c. 7. Tert. l. de anima. c. 17. Cyp. l. 4. Ep. 2. Orig. 35. hom. in Luc. Euseb. Emyssenus hom. 3. de Epiphany. Amb. in c. 12. Luc. Hier. hoc loco. Bern. de obitu Humberti. Theodor. Decum. in commentario. multique alij, ex quo probatur, eos omnes cum hunc locum de purgatorio acciperent, purgatorium esse credidisse.

§. 3. Hanc interpretationem confirmat, non modo auctoritas tantorum virorum, sed etiam contextus, adeoque ipsum argumentum. Nam cum ponitur particula Donec, duo semper adduntur, quorum alterutrum fieri necesse est. Ut cum dicimus: *Et non stendit a cognoscebat eum donec peperit primogenitum*. Quamuis non liquidum sequatur, postea cognouisse, hoc saltem conficitur, peperit, *risse primogenitum* aliquando. Sic & illud: *Sede a dextris meis donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum*. Non ideo postquam inimici positi fuerint, non sedebit, sed tamen sequitur, fore ut inimici sub pedibus ponantur. Ita hoc loco, licet ex particula donec immediate non colligatur exiturum aliquando, alterum tamen consequitur necessario, fore ut soluat vltimum quadrantem, *ἵνα ἔσται ὁ δόλος*, seu ut Syrus, octauum vltimum. Est enim comparatio illius, qui in purgatorio dissoluit debitum cum eo, qui in carcere detinetur, vltimum solvaturus quadrantem. Augustinus sermone in monte illa ita disserit, ut neget se adimere diligentioris tractationem.

Nos duo hinc certo pro fide antiqua colligimus. Ex hac in Primum dogma illud de purgatorio fuisse antiquissimum in Ecclesia, a nullo Catholico vilo unquam tione purgatorum fabricant. Deinde improbam esse Caluini, gatorum Danielis Tossani in mentiendo audaciam, qui dogma discimus illud recentioribus imputant. Sed ipsam bestiam olim cognoscimus.

§. 4. Caluinus hunc in modum in Catholicos intehitur. [Ceterum plusquam ridiculi sunt Papistae, qui in perpetua loci huius allegoria purgatorium suum Patrum fabricant. Nihil apertius est quam Christum de bene-hegefi, uolentia inter homines colenda disserere. Illis nulla si qua, religio est sine pudore verba eius pertercere, & in sen-“ culpa est. sum

sum prorsus extraneum torquere, modo indoctis fucum faciant. Sed quoniam longa refutatione indigni sunt, vno tantum verbo ostendam quam pudenda sit eorum inscitia. Aduersarium fingunt esse diabolum. Atqui fideles suos ei beneuolos esse Christus iubet. Ergo ut Purgatorium suum intendant Papistae, diabolicos amicos & fratres esse oportet. Quadrantem esse quartam partem assis notum est. Hic autem pro tercio vel minuta alia pecunia capitur, quemadmodum etiam ex Luca patet iam si cauillis age, e libeat, hinc quoque refellitur insulitas Papistarum; nam si Purgatorium semel ingressus, nunquam inde exibat donec soluerit vltimum quadrantem, sequitur irrita esse quae vocant pro mortuis viuorum suffragia. Neque enim alios admittit Christus qui satisfactione sua debitorem absoluant, sed diserte ab vno quoque solutionem eius quod debet exigit. Quod si inuiles sunt Missae & reliqua piaculi, quantumuis ferueat ignis purgatorius, frigunt tamen sacerdotum & Monachorum culinae, quorum in gratiam tanto studij ardore pro illo pugnant.]

Nobis quidem satis esse merito poterat tantorum patrum doctorumque consensus, vti huius expositionis seu laudem seu culpam penes veteres esse ostenderemus. Sed tamen ut appareat inanis, cum maiuola infestatione, iactantia, rem videamus.

In Papistas
accusat
martyres

Respondeo igitur primum, ut malam causam pessime agat, personas eum mutare, timer scilicet, ne contra Tertullianum, Cyprianum, Hieronymum actionem non recipiant populi. Cum vero Papistas nominat, necesse est eum patres à Bellarmino citatos inter Papistas recensere, illis impudentiam peruerendi verba Christi, & purgatorij fabricandi asserere.

Respondeo deinde. Interpretationem, quae aduersarium fingit diabolum, non esse Papistarum recentium, sed Tertulliani, nec illum tamen asserere oportere beneuolos fieri diabolo, multo enim aliter interpretatur I. de anima c. 35.

Nemo iubet nos amicos esse diabolo.

Tum si in diabolum transfertur aduersarij mentio ex oblatione, comitante, cum illo quoque moneris eam inire concordiam, quae deputetur ex fidei conuentione: pactus es enim renuntiare ipsi, & pompae, & Angelis eius. Conuenit inter vos de isto. Hec erit amicitia obsequio sponsoni, ne quid eius postea resumas ex his quae ei ceteras, quae illi reddidisti, ne te vi fraudatorem ut pacti transgressorem iudici Deo obijciat. (sicut eum legimus alibi sanctorum criminatorem, & de ipso etiam nomine diaboli delatorem) & index te tradat Angelo executionis, & ille te in carcerem mander infernum, unde non dimittaris, nisi modico quoque delicto mora resurrectionis expenso. Quid his sensibus aptius? Quid his interpretationibus verius? Ceterum apud Carpocratem somnium facinororum delitrix anima est, quis erit inimicus & aduersarius eius intelligendus? Credo mens melior, quae illam in aliquid innocentia impegerit, adigendam rursus, ac rursus in corpus, donec in nullo rea deprehendatur bona vita. Hoc est ex malis fructibus bonum arborum intelligi, id est, ex pessimo preceptis doctrinam veritatis agnoscere. Spero huiusmodi Harecticos Heliae quoque inuadere exemplum tantquam in Ioanne sic representati, ut metamorphosi patrocinetur pronuntiatio Domini: Helias iam venit, & non cognouerunt eum. Et alibi: Et si vultis audire, hic est Helias qui venturus est. Nunquid ergo & indei ex opinione Pythagorica consulebant Ioannem, Tu es Helias, & non ex praedicatione diuina: Et ecce mittam vobis Heliam Thesbiten.

Creditor
non tenetur
de suo
soluere.

Respondeo denique, valere preces, eleemosynas, sacrificia, quia soluitur per haec debitum, creditor pro captiuo alienam solutionem accipit. Nec enim ait, nisi de suo ipse soluerit, sed donec soluerit; Sine de suo, siue de amicorum auxilio. Cense ut ipse facere, quod facit per suos. Denique respondeo multo minus mirari me Caluini maledicentiam tot patrum, martyrumque damnatricem, quam Parei effrontem impu-

dentiam: ille enim ne degeneraret à Magistro in I. Cor. 3. [Manet ergo, inquit, purgatorium ignem esse monasticum figmentum; Patribus incognitum, quod etiam Graeci Ecclesiae in Concilio Florentino improbarunt, & in hodiernum diem non recipiunt. Et. Opinio vero de penis Purgatorij recens est, à Monachis excogitata, vel certe ex Aeneide Virgilij & Platonis Gorgia extructa, stipula est igitur.]

Quolibet pignore deposito certare paratus sum, hominem impudentius mendacem esse neminem.

Quomodo manet illud Parei, cum Zanchius ingenue fateatur antiquum, eius scripta Pareus legit, & tamen post eum haec scribit. Quid igitur Zanchius Parei Doctor. L. 4. c. 4. q. 5. de natura Dei. [Verum enim vero, inquit, quando, vbi, & per quos primum, nondum potui certi aliquid reperire. Est tamen antiqua consuetudo & doctrina. Nā Tertullianus de eis precibus pro defunctis mentionem fecit, in lib. de cor. mil. Christi pag. 449. Sed aperte inter ea numerat, quae ex sola consuetudine fluxerunt: minime autem ex scripturis de sumpta sunt. De eadem re scribit lib. de monogamia pag. 578. item oblationum pro defunctis mentionem facit, lib. de exhortatione ad castitatem, pag. 564. Nunquam vero docet vel innuit, preces illas vel oblationes fuisse ex verbo Dei, aut etiam ex Apostolica traditione. Dionysius, qui Aetopagita dicitur, in lib. de Eccl. Hierarch. c. vlt. & alibi. Cyprian. Epist. l. 13. ep. 6. item lib. 4. epist. 15. & alibi sepe. Ambr. T. 3. in orat. fun. de obitu Theodosij, item altera de obitu Valentini. ni. & in orat. de obitu fratris sui Satyri Chrysost. in Liturgia & alibi. August. T. 1. Confess. lib. 9. cap. 12. 13. rogat Deum, vt peccata matris defunctae remittat. item lib. de Cura pro mortuis agenda. cap. 4. ait, non esse omittendas supplicationes pro spiritibus defunctorum, item. Tom. 4. in 8. q. d. Dulcitium. quaest. 2. & alibi.]

Haec cum illi doceant, vetustissimi, alijque qui cum illis vixerint, cum id asseruerit libro de cura pro mortuis habenda Augustinus, alijque non potest non esse grauius calumnia, cum impudentissimo mendacior conuincta, purgatorium esse patribus incognitum figmentum monasticum.

Cum igitur non illi modo, sed posterij quoque ita senserint, impudens est nouitium commentum dicere. Tu v. de Aug. in Enchir. c. 69. Pl. 36. l. 2. de ciuit. c. 26. Paulinum Nolanum in Psal. 118. Her. in fine comm. in Iliam. Amb. in Psal. 118. sem. 10. Maximus in Draodochum. Eustratium de operatione animae post mortem. Gennadiumque lib. de purgatorio.

§. 5. Carpocrates μετεμψύχων hinc probabat, Carpatum carcerem enim esse corpus, in quod toties anima detraheretur, donec delicta sua expiaret. Contra haerem esse ses itaque sui temporis eo modo, quo Bellarminus corpus suum verba Christi interpretatur esse purgatorio, & Tertullianum secutus Cyprianus Ep. 52.

Flaret Ecclesia tot virginibus coronata, & castitas ac pudicitia tenorem gloriae suae seruat, nec quia adultero penitentia & venia laxatur, continentia vigor frangitur. Aliud est, ad veniam stare: aliud ad gloriam peruenire: aliud missum in carcerem non exire inde donec soluat nouissimum quadrantem; aliud statim fidei & virtutis accipere mercedem: aliud pro peccatis longo dolore cruciatu emundari, & purgari diu igne, & exire postea aliud peccata omnia passione purgasse: aliud demque pendere in d. cui. diu iudicij ad sententiam Domini, aliud statim à Domino coronari.

Distinguit fidelium statim post hanc vitam. Alij mox perueniunt ad gloriam, alij statim ad veniam, alij statim accipiunt fidei, & virtutis mercedem, alij missi in carcerem non exeunt inde donec reddant nouissimum quadrantem, & pro peccatis longo dolore

lore cruciatuum purgantur diu igne: alij passione purgati sunt.

QVÆSTIO III.

An Deus exigens nouissimum quadrans
tem puniat citra condi-
grum?

§. 1. EA de re dubitatum est à sancto Augustino, lib. 2. de ciuit. Dei c. 24. alijsque, interim qui id negant, hoc loco vtuntur, nullus enim quadrans remittitur. Verum quadrans ille de constituta per sententiam poena intelligitur, quod enim iudicatum solui potest, est, hoc soluendum est, iudicari tamen mitius potuit. Deo enim libertatem poenae mitigandae concedimus, nec cum dicimus necessario punire peccata, & naturaliter, quemadmodum naturaliter odit. Qua de re tum alij, cum Voistius in 100. erroribus Sibrandi.

QVÆSTIO IIII.

Quale debitum sit quadrans vlti-
mus?

§. 1. Bellarminus l. 1. de amissione gratiae & statu peccati. c. 10. Veniale peccatum ex Orig. hom. 35. & Terull. l. 1. de anima c. 17. interpretatur. Addo & Augustin. in Enchiridio c. 69. 70. 71. vbi minima aliter deleri, & in hac & in alia vita ostendit, quam magna docet. Pareus vehementer in Bellarminum insurgit: quidam, inquit, patrum fuisse Platonici. 2. Minuta dicunt collatione ad maiora. 3. Origeni carcer non est purgatorium hom. in 5. Matth.

Cui respondeo 1. Non sunt hæc Platonica, nec veterum vllus, tanquam Platonis scitis contradixit. 2. Minuta non vocarent, nec culpas leuissimas, si tam aeternorum tormentorum reos constituerent, vt argumentatur Cardinalis. 3. Purgatorium in eorum verbis cognoscitur. Si qui parum debet non egreditur nisi soluat minimum quadrantem: vti qui tanto debito fuerit obnoxius, infinita ei ad reddendum secula numerabuntur. Cum ergo locum nominet carcerem, ex quo datur exitus, dubium non est, quin venialia delicta, & poenam temporariam esse iudicet, cum innumera illi secula non tribuantur poenam.

Aduersarius de sententia Hieronymi, de furto Adam, mendacia, quæ deuorare coactus est, regurgitat. Verum & Hieronymi, & hic Augustini verba sine ambiguitate continent Bellarmini sententiam.

§. 2. Recte pergit Bellarminus. S. Augustinus, inquit, de Spiritu & litera, c. 36. Vocat leuiora & peccata hominis ex fide viuientis. Et Enchir. cap. 71. quotidiana breuia, leuia. Sermo. 41. de Sanctis. transitorio in igne mandari, illis non occidi animam, esse pusillus seu scabiem.

Cui obijcit Pareus. 1. Non dicit natura venialia. 2. Delentur misericordia, & deprecatione. Imo iniuratus esset Deus, si quæ in se veniam merentur, in censam minimum vocaret, vel temporaliter puniret. 3. Sermo ille non videtur Augustini. 4. Causa prima, quia ignem purgatorium hic asserit, alibi dubitat. Secunda, quia phrasim etsi in multis est similis, in alijs est dissimilis. Tertia, quia ibi docet peccata redimi bonis operibus, alibi docet oratione id fieri. Quarta, Capitula peccata docet redimi lacrymis, rugitu, gemitu, ieiunijs, quæ neque sacre scripturæ, neque doctrinæ Augustini satis conueniunt. Quinta, etsi fuerit Augustinus, Nam non vocat venialia, minima vero dicit in collatione, scabiem appellat mortalem. Motus vero subitò à nobis haberi pro venialibus, mentitus est Bellarminus.]

Responsio: O pueruſa tortuoſitas, quanto labore te magis intricas: rem videamus.

Ad 1. Imo vero natura Venialia sunt illa dicta ab Augustino, quia breuia, leuia, minima, non occidunt, si enim millies, millies inferos merentur, imò totius mundi interitum, cur leuia, breuia, minima? 2. ferociter meritis iusti non tollunt, nec vitam spiritalem, non sunt ergo mortalia. 3. Eleemosynis delentur, & bonis operibus, quibus mortalia non expiantur. 4. Transitorio igne purgantur, ergo venialia. 5. quia aduersarius, post ambages tandem in Augustini accusationem vertitur, dicitque esse stipulam. Sensit ergo hæc Augustinus, stipulam enim vocat in eo errorem quem putat.

Ad 2. Contra tuam calumniam, non Bellarminum argumentaris. Non dixit ille peccatum mereri veniam, sed poenam, & poenam temporalem, an pro poena temporali auertenda non opus est misericordia Dei, & oratione nostra? Cur quotidie tot mala deprecamur?

Ad 3. vt euertat veritatem, testimonia supprimit sed incassum. Rationes expendamus. 1. Afferit hic purgatorium, alibi dubitat, ergo sermo non est Augustini. De Augustinus igne materiali ab illo, & alijs dubitatum, non de poena purgatoria. Nunquam de purgatorio dubitauit, alia loca sunt, quibus illud asserit. Magis ingenue Hieronymus Zanchius, cuius verba ante representauimus, vt in igne aliquando etiam tuo mendacium tuum sit, tu illud retrorris oculis intuearis.

Certe illa Magistro tuo authentica sunt, suspecta habes? an & lib. 2. contra Manichæos suspectus est? Causam habes, nam c. 22. purgatorium asserit, hisce verbis. Si quis forte agrum non coluerit, & spiritus eum opprimit permiserit, habet in hac vita maledictionem terra sue, & in omnibus operibus suis, & post hanc vitam habebit, vel ignem purgatorium, vel vitam æternam.

Causam alteram ipse agnoscit ludicram esse, cum phrasin esse Augustinianam fateatur in multis, & pauculas Afri peculiare recitat, vt: peccata nimium plura, ignarus Augustinum in sermone populari, vulgi & verbis & sententijs frequenter vit.

§. 3. Tertia causa, quia hic lacrymis, alibi oratione deleri peccata docet. Respondeo, non pugnare lacrymis, eleemosynis, oratione deleri peccata, conueniunt hæc omnia & conspirant amicè, non igitur illa est causa iusta suspicionum: præsertim cum doceat Catholicos Spiritus Sanctus; Bona est Oratio cum eleemosyna & ieiunio: Nusquam vero hæc tria dicat esse peccata natura mortalia. Verum vbi docet de oratione excludente lacrymas, rugitum, gemitum, ieiunium? Nam orationis illud esse officium, non est dubium, de exclusiua quaerimus.

Citatio marginalis hæc est: Ench. cap. 7. 1. suspector esse 71. Legamus in Augustino, oratione, non lacrymis, non ieiunio fieri abolitionem culpatum, vt sermo 41. ne sit Augustini. Verba hæc sunt cap. 70. Sane cauendum est, ne quisquam existimet infanda illa crimina, Qualia qui agunt, regnum Dei non possidebunt, quotidie perpetranda, & Eleemosynis quotidie redimenda. in melius quippe, est vita mundanda, & per Eleemosynas de peccatis præteritis est propitiandus Deus, non ad hoc culpa non emendans quodammodo, vt ea semper liceat impune committere. Nemini enim dedit laxamentum peccandi, quamuis tur peccata miserando deleat iam facta peccata, si non satisfactio congrua negligatur. De quotidianis autem breuib, leuib, & peccatis, sine quibus, hæc vita non ducitur, quotidiana oratio fidelium satisfacit. Eorum est enim dicere, Pater noster qui Oratio pro es in celis, qui iam patri tali regenerati sunt ex aqua & Spiritu Sancto. Delet omnino hæc oratio minima & quotidiana rufacit peccata. Delet & illa à quibus vita fidelium scelerate etiam gesta, sed penitendo in melius mutata discedit: si quemadmodum

modum veraciter dicitur; dimitte nobis debita nostra: quoniam non desunt qua dimittantur, ita veraciter dicitur, licet & nos dimittimus debitoribus nostris: id est, (si) fiat quod dicitur: quia & ipsa elemosyna est veniam petenti homini ignoscere. cap. 72. Ac per hoc ad omnia qua vili misericordia sunt, valet quod Dominus ait; Date elemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Non solum autem qui dat esurienti cibum, sitiienti potum, nudo vestimentum, peregrinanti hospitium, fugienti latibulum, agro vel incluso visitationem, captiuo redemptionem, debili subuectionem, caeco deductionem, tristi consolationem, non sano medelam, erranti consilium, & quod cuiquam necessarium est indigenti. Verum etiam, & qui dat veniam peccanti, elemosynam dat: & qui emendat verbere in quem potestas datur, & coercet aliqua disciplina, & tamen peccatam eius, quo ab illo laesus est, aut offensus, dimittit ex corde, & orat ut ei dimittatur, non solum in eo quod dimittit atque orat, verum etiam in eo quod corripit, & aliqua emendatoria pena plectit, elemosynam dat, quia misericordiam praestat. Multa enim bona praestantur inuitis, quando eorum consilium vilitati non voluntati; quia ipsi sibi inveniuntur esse inimici, ac amici vero eorum potius illi quos inimicos putant, & reddunt errando mala pro bonis, cum reddere mala Christianus non debeat pro malis. Multa itaque sunt genera elemosynarum, quae cum facimus, adiuvamur, ut dimittantur nobis nostra peccata. & de ciuit. De lib. 21. cap. 17.

VERSUS 27.28.

Audistis quia dictum est antiquis: non mœchaberis. Ego autem dico vobis: quia omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo.

QVÆSTIO I.

Quæ concupiscentia à Christo vetetur?

§. 1. **H**ebraeum **נאפח** Naaph, proprie est adulterare: Verum damnatur omnis generaliter carnis libido, siue ipso facto expleatur, siue cogitationibus, verbis, tactibus. Atque in eo consentiunt omnes interpretes. Duas vero partes continet illud: Ad concupiscendum eam. Nam qui aspicit, ut eam concupiscat, & concupita fruatur, mœchatus est eam in corde suo. Et qui aspicit, ut concupiscat, hoc est motum concupiscentiae in se concitet, & illecebrosa cogitatione animum contamineat, ille quoque morosa delectatione mœchatus est eam. De oculis mentionem facit, quod illi sint præcipui in amore duces, alioqui qui vocem audiuerit, alloquutus fuerit, tetigrit, osculum dederit, in eandem legem commisit; posuit enim Christus quod lenissimum hominibus videtur; Ex illecebrosa formæ aspectu adulterium animo committere.

§. 2. Inter nos & Sectatios gravis est quaestio. Quænam concupiscentia sit peccatum? Calvinus omnem damnari huiusce verbis asserit. [Quo etiam docetur adulteros censeri coram Deo, non tantum qui fixo consensu scortationem in animis concipiunt, sed qui admittunt quasvis punções. Quare nimis crassa est & supina Papitarum hypocrisis, qui concupiscentiam negant peccatum esse, donec totum cor assentiat. Sed nihil mirum est ita extenuari ab illis peccatum, quando locordes, & pro-

sus Rapidos in vitij suis reputandis esse oportet, qui iustitiam operum metris adscribunt.]

Respondeo. Partim calumniam esse, partim errorem Calvini grauem in illa redargutione. Calumniam. Nostum demum concupiscentiam dicere peccatum; cum totum cor assentiat. Nam Concupiscentiae quasvis punções dicimus peccata; quia ortae sunt ex peccatis, ducunt ad peccata, sunt tamen peccata Metaphoricè, ut in cap. 7. Rom. docui. De propriis inde veri nominis peccatum dicimus, cum animus tardus, & mollis est ad delectationes cogitationum, Antea & lenocinia excutienda, quamuis ad rem persequendam nullo modo, ad extinguendum gliscens opus peccati ignem parum fortiter consentiat, ac elaboratur sepe.

Porro hæresis est, & quidem perniciosissima, quæ ex omnibus passionibus, necesse est, atque adeo naturalibus concupiscendi potentij peccatum imponit: imo eas peccatum facit. Ideo vero est hæresis exitiabilis, quia nomine sanctitatis, & puritatis, summam profanitatem & spurciciem inducit. Ut sancti videantur, atque toto animo peccata abominari. Non modo facerum, dactorumque, sed minimarum etiam inuitis & reluctantibus obrepentium cogitationum motiones peccata vera, & æterna pena digna esse aiunt. Beza sententia in 1. Ioan. cap. Dum enim 5. 16. horrenda auditu est. Peccata, inquit, omnia huiusmodi paria sunt, ut vel minima minimi peccati cogitatio mortem æternam millies mereatur: negat crudeles esse nullum, qui pro minimis peccatis commouentur. Hic se iactant, & sanctimoniam se causam tueri profitentur. Verum dum omnia hæc, quæ vitari non possunt, tam grauius censent, in illis hæsisse viros sanctos affirmant, nullum peccatum horribile tandem iudicant, cum omnia si non stoicè paria, æternis tamen ignibus obnoxia dicant. Omnia inquam reproborum, nulla electorum. Ita enim loco citato Beza. Itaque reprobi minimi peccati minima cogitatio, addo ex alio illorum principio. Optima optimi operis feruentissima voluntas millies inferos merebitur. Millies millena scelera electorum venialia sunt, nec iustitiam auferunt, nec iræ diuinæ obnoxium reddunt; Huc denique omnia redeunt, ut si quis in album ciuium coelestium inscriptus sit, Nullum peccatum mortale suspicetur, à se committi posse.

§. 3. Quod porto peccatum non subitis & voluntatem antecedentibus motibus, sed consensu, voluntate vel in factum, vel delectationem definiamus, non assensu deest nostri stuporis, sed veteris orthodoxiæ. Augulini, Chrysostomi, omniumque patrum. Verba Augustini l. 1. Serm. Domini in monte, c. 12. adferam, ut Calvinus intelligat quantos viros, sub nostro nomine stuporis & hæreseos incuset. Iustitia ergo minor est, inquit, Regni DEI, non mœchari in corde. Multo facilius est ne mœchetur in corpore, qui quis non mœchatur in corde. Illud ergo confirmant, quo hoc præcipit, non enim venit legem soluere, sed implere. Sanè considerandum est quod non dixit omnis qui concupiscit mulierem. Sed qui viderit mulierem ad concupiscendam eam: id est, hoc sine, & hoc animo attenderit, ut eam concupiscat, quod iam non est tiuillari delectatione carnis, sed plene consentire libidini, ita ut non refranetur illicitus appetitus. Sed si facultas data fuerit, satiatur. Nam tria sunt quibus impletur peccatum, suggestionem, delectationem, & consensum. Suggestio siue per memoriam sit, siue per corporis sensum, cum aliquid videmus, aut audimus, vel olfacimus, vel gustamus, vel tangimus. Quo si frui delectauerit, delectatio illicita refrananda est.

Perpicue igitur Augustinus illa distinguit, nec omnem concupiscentiam, sed voluntariam, & ex proposito

Omni libido prohibetur.

Calvino omnis motus est peccatum.

Memoriam delectationem voluntatem

Amorem

Memoriam delectationem voluntatem